



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Limi oculi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

## DE THUNNO. CAP. XXXVI.

**D**E Thunno, cujus usus tam recentis, quam sale durati, frequentissimus per univ<sup>er</sup>sum terrarum orbem est, cum nullo non in littore capiatur, nihil aliud inveni quod hieroglyphicis inferi possit, nisi vel strabonem vel limis oculis prospectantem, ex eo significari.

## LIMI OCULI. CAP. XXXVII.

**L**ævo enim ille oculo plus cernit, utroq; hebetè: quare Byzantii frequentissima est eorum captu<sup>ra</sup>. <sup>Imò dextr.</sup> <sup>ex Plin. l. 9.</sup> <sup>c. 15.</sup> <sup>ra, quo tempore transfretant, quia micantissimi lapidis, qui ab imo freti lucet, fulgore perculsi, in sinum qui ab lava est, numerosissimo diffugiunt cœtu. Apud Æschilum legas, in sinistrum oculum introquere Thynni more. Sed hoc pertinet ad proverbialia.</sup>

**JOANNIS PIERII VALERIANI  
HIEROGLYPHICORUM  
LIBER XXXI.**

**DE IIS QUÆ PER PISCEM IN UNIVERSUM  
SIGNIFICANTUR, DEQUE MARI  
MOX COPIOSE,**

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD MAXIME REVERENDUM COSMAM GERIUM.

**S**uperiori anno, cum te & amicos alios Patavii Philosophantes invissem, deque vestris & nostris studiis (si modo mea in ullo studiorum genere censeri possunt) multa contulisset, quibus explicando scripta ego nescio que mea vobis legenda proposuissim: animadverti, Cosma studiosissime, pro tuo erga me amore, magna te affectum lætitia, quod eum quem sciebas per longa temporum intervalla multis & invisis occupationibus à literarum studiis avocatum, audentem tamen inspiceres de literis aliquid reminisci, proindeque veluti Entellum aliquem, cui jam gelidus tardante senecta sanguis belesceret, in certamen accenderes & excitarès, orare discedentem me cepisti, ut istiusmodi generis scripta sepius ad te legenda transmitterem. Ego tamen es si te nostris nihil indigere existimabam, quem uniuscujusq; doctrina præceptis & institutis abundare oportere persuasum habebam, qui apud eruditissimum Romulum Amaseum tota educatus adolescentia, nunc Bonamicum, Lampridium, & alios istic habeas, à quibus veluti ab oculo, tuis omnibus satisfieri cogitationibus potest, neque me quicquam tam reconditum, tam rurum de Musarum arcanis afferre posse, quod illis & tibi, qui eos audis, non longe sit exploratum, quam ego per interrupta rotiens literarum studia potuerim observare: constitui tamen aliquid ad te mittere, quod mea in te observantia signum & monumentum esset, id præcipue delegi, quod si non doctrina, certè ipsa rerum varietate delectare posset. Nam cum piscium quasdam species ex hieroglyphicis decerptas, & tui & mei amici quidam accepissent, superat adhuc de piscibus in univ<sup>er</sup>sum, quid veteres illi Sacerdotes Ægyptii sensissent, dicere. Id commentarium adhuc à nemine occupatum veluti τηλυετης vidè apud me diligentius asservabatur quod tibi dedicandum existimavi. Tu quidquid id fuerit pro tua comitate hilariter suscipias velim. Videbis vero hic quanta fuerit abominationis apud Ægyptios Piscis, quem nos tanto mox honore prosecuti sumus, quantum inter mortales super eo sit uniuscujusq; fere nationis iudicio variatum. Sed ne tam longa morer epistola, rem ipsam hinc auspicabimur.